

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

Disputatio XXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

DISPUTATIO XXII.

DE JUSTITIA.

UNICUM præceptum humanæ societatis videtur esse hoc: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Quod in omnes usus se extendens, vel ab iplo Christo nobis confirmatum & commendatum est.

2. Aureum autem illud præceptum ad *justitiam* pertinet: in cujus quidem unius pectore omnes reliquæ virtutes, tam moris quàm mentis, non aliter quàm sydera in cælo lucent. Quare de ea diatriba nostra esto.

3. *Justitiæ* acceptiones ab Aristotele in ethi-
cis lib. 5. cap. 1. duæ insinuantur: altera *commu-
nis & absoluta*: altera *particularis & comparata*.

4. *Justitia κατὰ δὲνα* seu communis, est virtus quæ ex præscripto legum omnia facit.

5. Et hæc virtus non est distincta à cæteris virtutibus: sed est omnis virtus; de qua etiam vulgò dicitur ex Theognide, *Justitia in sese vir-
tutes continet omnes*.

6. *Justitia κατὰ μέτρον*, id est, particularis, est *Justitia æqualitate analogica suum cuiq; tri-
buens*.

7. Hoc modo accepta *Justitia*, est virtus distincta à cæteris: habet enim propriam materiam in qua versatur, & vitia utrinq; repugnantia, quibus opponitur.

8. *Materia*

8. Materia est res civilis alteri ab altero debita: vitium oppositum est *Injustitia*, tum ejus quod est nimium, tum ejus quod est parum.

9. Inter quæ medium est $\tau\delta\ \tau\omega\upsilon$, id est, æqualitas.

10. Cujus forma est ipsa *Analogia* seu proportio; eaq; *Arithmetica* & *Geometrica*.

11. *Arithmetica* proportio est æqualitas differentiarum, hoc est, in qua idem est utrobique; excessus: sed diversa ratio, ut 12. ad 8: sic 6. ad 2.

12. *Geometrica* proportio est rationum æqualitas, hoc est, in qua eadem est utrobique; ratio, excessus verò diversi, ut 6. ad 12: sic se habent 4. ad 8.

13. Utraq; verò cum sit duplex, *Continua* & *Disjuncta*, hęc *Disjunctam* ponimus.

14. Cumq; ea in quatuor ad minimum terminis consistat, iisq; bis binis homogeneis: hæc etiam virtus duas res, quæ dantur, duasq; personas quibus dantur, considerat.

15. Ex hac igitur duplicis *Analogiæ* forma, ut & subiecto, *Justitia particularis* dividitur in *Commutantem* & *Distributivam*.

16. *Justitia commutans*, est virtus quæ in commutatione rerum servat æqualitatem, proportionem *Arithmetica*.

17. Estq; medium *Quiliter* & *æquitas*.

18. Quæ appellationes sumptæ sunt à contrariis.

tractibus (ἔστ' ἰδὲ τῶν συναιθέτων) voluntariis.

19. Contractuum enim alii sunt voluntarii, ut venditio, Emptio Mutuum, Sponsio, Locatum, Depositem, Conductum.

20. Alii sunt non voluntarii, & sunt aut clandestini, ut sunt Furta, adulterii, Veneficii, Lenocinii, servorum sollicitationis, cædis dolo factæ, falsi testimonii.

21. Aut violenti, ut sunt vinculorum, mortis, rapinæ, membrorum debilitationis, convitii, contumeliæ.

22. Justitia Distribuens, est virtus quæ de publicis communibusq; bonis secundum proportionem Geometricam, suum cuiq; tribuit.

23. Hunc siquidem reipublicæ statum Plato dixit esse optimum, qui sic constitutus Geometrica proportione, quæ personarum gradus κατ' ἀξίαν constituat.

24. Sicut Correctiva æquale exigit ἀειθιμότης, ut in damnis fiat rerum æstimatio & compensatio.

25. Unde Judex, qui illam inæqualitatem ad æqualitatem reducere per damnum, detrahendo alteri lucrum, conatur, Græcis δίκαστής, quasi δίκαστής dicitur, & δίκαιον ὄν δίκαιός ἐστι.

26. Quare τὸ ἀντιπεπρωδός, de quo est illud vetus: Εἷς πᾶσι τὰ κ' ἐπέδωκεν ἡ ἰδία ψυχή, non simpliciter justum est.

M

27. Neq;

27. Neque enim cum magistratus aliquem pulsaverit, is vicissim est pulsandus: ac qui magistratum pulsaverit; non solum pulsandus, sed & supplicio est afficiendus. Neque semper fieri potest commutatio rerum duarum simpliciter equalium, aut eadem reddi pro iisdem possunt.

28. Sed fit secundum proportionem: si videlicet mediis transversis lineis termini, quorum proportio esse eadem debet, conjungantur, ut:

Architectus \times Calceus
Domus Sutor.

29. Ea igitur quae permutanda sunt, cum oporteat inter se quodammodo comparari: Comparatio autem fieri non possit, nisi ad aliquod tertium, oportet hoc esse tale, ut ceteras res omnes metiarur.

30. Quale est Indigentia & Nummus.

31. Et illa quidem per se: nam si nulla ree gerent homines, aut si non similiter; nulla, vel non eadem esset permutatio.

32. Indigentia igitur vel major vel minor pro maiore minoreve copia gradus precii constituit, & res ad aequalitatem redigit.

33. Per accidens, Nummus ipse: nam cum Indigentiae modi sint infiniti, nec facile per se intelligantur; Nummus inventus est, qui indigentiae quantitate metiretur, & per consequentem

sequens commutandarum rerum æqualitatem certis terminis circumscriberet.

34. Est igitur Nummus tanquam vicarius indigentia; non quidem ex sua natura, sed κατὰ συνθήκην, id est, ex pacto & conventionione hominum.

35. Ut sic mensura omnium rerum: quia res omnes æstimatione æquales reddit, quæ commensuratas.

DISPUTATIO XXIII.

DE JURE SCRIPTO ET
aquitate.

Sicut è lapidum collisione ignis, sic ex disputationibus elicitur veritas.

2. Itaq; de sequentibus διαλέξασθαι nobis fas est.

3. Æquum & bonum, seu æquum bonū, seu δίκαιον, seu εὐταξία & jus scriptū, an idem sint, in scholis Philosophorum vuliter queritur.

4. Utile est quoq; de hoc ἐν κοινῷ ζητεῖν: An jus scripti potior quàm æquitatis ratio habenda sit?

5. Respondemus de primo: Genere æquitatem & jus scriptum convenire: utrumque enim & jus & bonum est.

6. Specie verò diferte, quòd æquitas legum generalium rigorem, in quibusdam factorum speciebus corrigit & temperat.

M 2

7. Neq;